cõſule exigere ſupſederunt. & quod grauius. etiã non eques. id eſt miles cum equo. non centurie impendiũ id. eſt ſtipendiũ. in caſtris. id eſt in exercitu ſibi dari deſiderauit. immo quilibet ſeipſo & ſuis reipublice de ſeruiuit. viri etiam cõmunes ac femine quicquid argẽti vel auri habuerũt. & ſimiliter pueri. ſue ĩgenuitatis id eſt nobilitatis inſignia. ad temporis difficultatem ſuſtentandũ cõtulerunt. Qui vero ꝓpter aliqua ſtrenua opera erant a tributo liberati. beneficõ ſenatꝰ vti noluerũt. ſed inſuper id. id ẽ argentum & aurum omnes ꝓmptiſſimis animis p̄ſtiterunt. Certe tunc ĩ ipſis auaricia non vigebat. vt dicit Auguſtinus in epiſtola ad marcelliũ. in illa morum integritas ſeruabatur. ſed quando nec hominibus nec etiã ipſis quos deos putabant. mox corruptoꝝ auara rapacitaſqꝫ pcebat tunc cepit perire laudabile illud decus reiqꝫ publice ſalus.

Non ignorabant. Hic inducit aliud exemplum & ipſum inducit ad duo ſcꝫ ad ꝓpoſitum principale. et ad probandũ ꝙ romani ſic debebant facere. vt in predictis exemplis tactum eſt. Et tangit duas hyſtorias dicens. Benefecerũt romani viri ac mulieres. enim id eſt quia non ignorabãt. veys. id eſt ciuitate illa ſiue illis captis. de qua ſupra. ſpecialiter libro primo capitlo de omnibus. pag̃. ſecundo dictũ eſt. quã ciuitatem camillus ceperat. & decimaꝝ nomĩe. quas decimas vouerat auꝝ delphico appollini mitti oporteret. neqꝫ auri emendi in vrbe facultas eſſet. matronas ornamẽta ſua in erariũ retuliſſe. Si ergo hec romani ſpecialiter mulieres non ignorabant. bene ſe geſſerunt hec ſimiliter facere. Notandũ ꝙ camillus dum veyos ciuitatẽ obſideret. vouit deo appollini in grecia exiſtenti. ſe tantũ de auro quantũ valebat decima pars prede ſibi offerre ſi ipſũ faceret de illa ciuitate triumphare. Cum ergo ciuitate habita nõ eſſet ĩ vrbe pecunia pro auro habendo femine ſua ornamenta dederunt.

Similiterqꝫ audierant. Non ſolum autem eos in